



ANNALES ECCLESIASTICI

JESU CHRISTI
ANNUS
412.

INNOCENTII PAP.
ANNUS
II.

HONOR. 18. IMPP.
THEOD. 5.

I.
Honorii
pietas.



Uadringentesimus duodecimus annus, duobus Augustis Consulibus, Honorio nono & Theodosio quinto, delectis ope divina tyrannis, feliciter inchoatur. Cujus primo mense idem Honorius, quod primum ad Christianam religionem spectare sciebat, qua nihil antiquius habuit, obstinatos animo Donatistas illos, qui post evidam in proxima Collatione a Catholicis causam adhuc in schismate pertinaciter remanent, diversis poenis, dato rescripto, multavit, atque primum ecclesias, ac cetera earum bona, illis indulgentia Principis anno superiori ante Collationem ad demulcendum eorum animos reddita, *Ca. Ann. Eccl. Tom. VII.*

tholicis restituenda esse præcepit: laicos insuper pecuniariis poenis pro conditione cujusque punivit; clericis vero exilium irrogavit; illisque legata Catholica Ecclesie debere præcepit. Sed redamur hic ipsum rescriptum ad Seleucum Præfectum Prætorio datum, nonnihil tamen antiquitatis caræ depravatum: sic enim se habet (a):

Cassatis quæ pragmatici, vel annotatione manus nostræ potuerint impetrari; & manentibus his quæ etiam dudum super hoc definita sunt, & veterum Principum sanctione servata: Nisi ex die prolata legis omnes Donatista tam sacerdotes, quam clerici, laicique Catholicis ea, quæ sacrilege deservere, reddiderint: tum illustres singillatim poena nomine Eisco nostro

(a) l. 52.
de heret.
Cod. Theod.

II.
Rescriptum
contra
Donatistas.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5905.

SÆC. V. ☉ .i. GF. ☽ 14. P. 14. April. Indiæ. 10.

JESU CHRISTI 412.

INNOCENTII PAPÆ 12.

HONORII IMP. 20. & 18.

THEODOSII JUN. 11. & 5.

I. [1] **C**OSS. Honorius Aug. IX. & Theodosius Aug. V. hic propter *Quinquennialia* Imperii post mortem patris suscepti, ille quia anno præcedenti, quo *Vicennialia* dedit, Consulatum in præsentem annum distulit.

A num. I. ad IV. Cum pendente Collatione anno superiori habita, *Marcellinus* Tribunus & in ea Notarius Cognitor, *Donatistas* qui ad eam se se venturos pollicebantur, mera gratia absque Imperiali præcepto Ecclesias ad diem sententiæ usque indulssit; (ideoque eis eas cum omni jure suo, quæ a Catholicis juxta præceptum Imperiale retinebantur, reddi jussisset; quod ex ejus Edicto liquet in Actis Collationis, & ex Augustino in Breviculo collat. in princ.) tandem ultima definitione ab eo damnati Donatistæ, eas rursus Catholicis tradere sine ulla dilatione jussi sunt. Quin imo *Circumcellionum* insaniam & insolentiam reprimi jussa: & in fine sententiæ seu Edicti oblationes, & largitates in Ecclesias Donatistarum factas, Episcopis Catholicis tradi *Marcellinus* jussit. Verum cum huic sententiæ ubique paritum non fuisset, Honorius hoc anno III. *Kalend. Febr.* dedit legem Cod. Theod.

II.
Donatistarum
audaciam
reprimis
Honorius.

NOTÆ [1] **C**oss. Honorius Aug. IX. & Theodosius Aug. V. Fasti Idatii, Prosper, & Marcellinus: Honorio IX. & Theodosio V. Ita & Prosperi chronicon MS. Patachalis laterculus in fine Genadii: Honorio VIII. & Theodosio Ag. sine nota quinti consulatus.